

zu Blatt

Post hos tot Scriptores, curasque illis infinitas restat bono tuo, Lector Optime, principia Thesauri Teutonici pars, & clavis, sine qua versari in caligine veteri ægre licet. Nimirum

TOMO TERTIO GLOSSARIUM FRANCICO-ALEMANNICUM.

Totum hoc SCHILTERO *Novus Thesaurus* deberi in solidum nullus dubitabis. Opus autem est laboris pro-
pemodum immensi, vocabula & formulae obsoletas, aut obscurioris significationis, aut usus rarioris,
Alemannica & Francica imprimitur; sed & Gothica, Anglo-Saxonica, Cimbrica, Longobardica ex vetustissi-
mis, que haberi potuerint, tam editis, quam Manuscriptis libris, Legibus, Statutis, chartis & Documentis,
ad res Divinas pariter & humanas pertinentibus explicare, quid multis opus est, ut probemus? Tu fane
id, eruditus Lector, vel inde colliges, quod operam Lexicis in universum impensum magnus ille Scaliger
(Epigrammate insigni & venustissimo de Lexicographis) laboribus proprie desperatis maximisque per orbem
accenget. Jam deinceps porro cogita, ut paucos habuerit Vir doctissimus praecantes in valle, ut sic dicam,
caliginosa & obscurissima. Nam, quid viribus attinget commemorare Glossarium *Rhabani Mauri* de par-
tibus humani corporis, quod falso latenter confat? Habetur quidem ejusdem Glossarium Veteris & Novi
Testamenti, vah quam præstans & egregium! in Bibliotheca Cesarea, Lambethio referente; sed nulla eius
Seculi VIII. ante Carolum sub Pipino edendi spes. *Kero S. Galli Monachus à Goldato editus T. II. Rer. Alemann.*
Glossario Alemannico laudem sane meruit; sed nec sufficit instituto, neque ultra vocabulorum glossas brevissimas
quidquam habet. E recentioribus Glossariis nobis dederunt Archæologicum *Henr. Spelmanus*, Gothicum ad Ul-
philus Versionem IV. Evangeliorum *Franc. Junius*; Latinatus medie & infimæ *Carolus du Fresne*; tum egregia sunt
qua ad Capitularia Regum Francorum Steph. *Baluzius* annotavit; e quibus singulis non pauca subinde sumere po-
terat Schilterus & sumit, sed quantumputa operis tanti partem? Colligit magno labore olim Glossarium Tevo-
niticum *Marg. Feherus*; fed quod fati inauspicatissimum totum perit. Aliorū conatus nū filiemus.
Schilterus nihil aliorum fati, nihil Herculeo labore territus suscepit tamen; è genuinis fontibus omnia col-
legit: atque, ut agnoscas viri modelum, è quibus auctoribus haeret sua, per quos proficerit æque ut quos ex-
plicat aut illustrat, ingenuo sub frontem operis recenset; tum in ipso Glossario minime in vocibus haeret solis,
sed ubivis apparatum eruditissimum multivariegatum exprimit, *Leges*, *Mores*, & *Antiquitates Teutonicas*
neovo, summo tamen studio, accute recenset, præfationem de *Origine Lingua Celica*, & *discrepancia ejus*
à *Scythica* fati uberen (additum in rebus & illustratissimum præcipuis locis & scriptoribus Græcis Latinisque)
præmitit: denique nihil eorum omittit, quæ expetari à labore præstante ac præcipiti, sed & unius viri po-
terant. Erunt fortasse, qui diffidentius & morosius de hoc opere judicabunt præcipiti sententia. Sed audi,
Lector, adhuc unicum. Judicaverat de specimine Glossarii A. 1699. edito tali modo, h. e. invide & finis re-
scicio quis Hujus iudicium cum A. 1699. Vir illustris Dn. ab Ebeyen ad Schilterum misifet, ita hic respon-
dit. *Judicium nō dñe de me & Francio Junio nō euro.* Nec enim vidi Junii *congerfa*, (qua in schedis ad
Glossarium tale colligendum disjecta reliquit) nec *ipse mea*. Sed hoc scio ex Junii *Glossario Gotlico & Notis*
ad *Willeramum*, quod à magis *Etymologiam* agat: que mea non est intentio; sed *Phavorini*, qui à *rebus parvis*
& *frigidis* abducet ad ea, quæ est magis *utile & audire ad dicere*; non *oblati extrinsecus, non per ostentationem*, *sed indidem nata acceptaque*, referente A. *Gellio IV.* Noct. Attic. i. Vides modelatam viri, Lector, de se
judicantis: quæ utique displicere non poterit. Quid ali senerint viri his in studiis apprime, ut nemini
ignotum, exercitati, infra e Testimonis, quæ subiunguntur, videbis.

Nunc tempus est, ut de instituto bibliopolæ D. Bartholomæi, quod tenet, ac de condi-
tionibus, quas proponit THESAURI ANTIQUITATUM TEUTONICARUM SCHILTERIANI
haec in conopeum dati, futuri emptoribus, per subscriptionem, si pla-

ceret, nominis daturis, necessaria dicamus.

I. Ante omnium id cursu sibi fumet, ut ad accuratam totius operis editionem, seu charta munditiem spe-
ces, seu typorum elegantiam ac nitorem, seu, quod caput rei est, studium emendatissimum correcionis typo-
rum; nulli sumptui, nulli vigilie parcat. Eaque propter, cum duplice spud nos charte genus sit, unum
glutine non armatum, quod *chartam imprefforianum vulgo dicimus ungelinet Druck-Papier*: alterum vero mu-
nitum glutine, *Scriptoriam, Schreibe-Papier*: de utroque generi ut præcipius per Opus totum nitor appa-
reat, & mundities decens, abunde præstat. Porro de typis ita præficiet, ut varie quanquam species, mo-
di vari corundem opero industria cendi requirentur, novitatem tamen omnes ab artificib[us] præclaris fuisse,
tum decorum & harmoniam que inter varias typorum justa se positorum formas requirunt, decenti ele-
gantia facile tueantur. Correcionis denique laborem hic, si uspiam alibi, necessarium Viro summe industro,
& exultissimo demandabit: imo vel prece ac pretio talis non unum, ut in se sufficiat correditoris munus,
exorabit.

II. Atque ita aggreditur Bono cum Deo Thesaurum hunc tribus Voluminibus: plagulis, quantum per
supputationem diligenter colligit, fere 700. constitutum. Tempus feu potius intervallum temporis neque
nimis in longum protractet, nec nimis breve tamen fumet, ne canis festinans cœcos pariat catulos, ipseque
magno vanus promulgori hiatus fiat, quod in opere tali ac tam difficili magno operis ipsius, tum suo pariter, ac
emptorū malo fieri omnino nollet.

III. Ergo fuso ita limites, propitio Deo, ponit, ut semeftri abhinc ordiatur opus arduum; & cura vi-
gilli infest, quo Tomus Primus, quo glaciem franget, & fenus labori adseruet typographus, intra anni spatu-
m, i. e. nundinis Paschalibus anni 1726. certo empatoribus fitatur, atque tradatur subscripturis: Secundum
deinde Volumen anni ejusdem 1726. nundinis autumnalis featur: Tertium denique Paschalii rursum mer-
catu anni 1727. absolvatur. Omnia quidem isthac Deo, quem humilissime invocat, annuente. Ceterum uti
sumptibus ad opus grande haud fane exigui opus est; ita pretium Thesauri integræ, post subdutos calculos,
offerri prænumerantibus chartæ quidem communioris von *Druck-Papier* 15. fl. atq; præstantioris scriptoria
von *Schreibe-Papier* 18. fl. Vendituras posthas non subserentibus pretio non infra 21. fl. & pro scriptoria
charta 24. fl. Terminos autem foliotionis à subscripturis pacto non iniquo horum ordine petere sece confidit:
ut primam preti trientem à 5. fl. vel 6. fl. intra proximum semestre, i. e. usque ad Paschales nundinas anni
infantini proximi 1725. solvent: alteram anno post, cum nimirum accepert Tomum Operis Primum Pasch.
Nund. A. 1726. Tertiam Autumno ejusdem anni, quo Tomus Secundus tradetur: Ea vicissim lege atque
conditione, ut Postremus, i. e. Tertius Operis totius Tomus & quidquid ad ejus colophonem pertinet post
Pascha A. 1727. fine omni tergiversatione certo certius tradatur.

IV. Accipient autem, ut porro fidem præficiat decentem, exempla, qui terminis modo indicatis rite
solverint, quisque sua, vel hic Ulmae, vel Francofurti, vel Lipsiæ, prout vistum cuique fuerit, promptly fine
solilo impedio ampliori.

004

Ende

Anfang